

men loquitur eis Christus : Ecce filius tuus, ecce mater tua : & tamen eis nihil respondit, nec dicit. Simon Cassian. lib. 2. Vehemens animi dolor, ac angustia vocem intercladabat.
35. Tertio: Cur Jesus, adhuc puer tenera aetate duram, ac ignominiosam Circumcisionis legem adimplere vult? Venerat meus Jesus legem adimplere vult? Venerat meus Jesus legem adimplere vult? Venerat meus Jesus legem adimplere vult?
D. Zeno. Zeno ferm. de Circumcis. ait: Igitur qui venerat hominem vivificare per hominem, necesse habuit, ne phantasma putaretur, edita legis universa complere. Sanè larva, & phantasma inane videtur; ille qui suas leges contemnit, & non adimplet. Scribit Marc. 15. n. 4. Quod stans Jesus coram Judice Pilato, cum taceret, & nihil ei responderet; Præles præ admiratione ei diceret: Non respondes quidquam? Vide in quantis te accusant Jesus autem nihil ei amplius respondit: Cur Jesus ad tribunal. ac judicium adductus pro sua evidenti iustitia, ac manifesta veritate, verba non facit, illud enim non verum tribunal, in quo non de iustitia, ac veritate legum agebatur, sed de illarum contemptu; & ideo non tamquam verum phantasticum tribunal despiciatur à Jesu. Victor Antioch. ibi ait: Supervacaneum proptus videbatur quidpiam responsi dare: erat enim iudicium illud, quadam verius tribunalis larva, quam legitimum concilium: Tribunal quod tantum habebat apparentiam, & nomen tribunalis, illud tanquam phantasma, & larva rejicitur ab eo, qui verax est, & solum veritatem querit, & attendit.

QUÆSTIO VII.

Quare in Circumcisione Divinissimo puero imponitur nomen JESUS.

36. Textus. A It noster Evangelista in presenti n. 21. Vocatum est nomen Jesus, quod vocatum est ab Angelo priusquam in utero conciperetur: in Circumcisione imponitur puero nomen Jesus, quo modo hoc coheret cum eo quod Paulus scribit ad Philipp 2. n. 8. & 9. loquens de Christo Jesu: Humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen: ut in nomine Jesu omne genua flectatur caelestium, terrestrium, & infernorum. Omnes Expositores Catholici communi consensu tenent, quod illud, propter quod, significat meritum & mercedem, nomen ergo illud, pro merito mortis, ac passionis datur. Mortem autem crucis propter quod Deus exaltavit illum: & donavit illi nomen: Valde mirum, quod sanctissimum nomen Jesu, imponitur Christo infanti in circumcissione, cum tamen sub vitæ finem per meritum mortis, crucis, illi donatum, Paulus affirmat: Propter quod donavit illi Deus nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu, &c. propter mortem donatur illi nomen, & tamen in circumcissione illi imponitur: & si ob sanguinem effusum in circumcissione, ac præclarissimas vitæ Christi actiones, nomen illud valde indignè potuisset dari, tamen altà, & suprèma Dei dispositione non est illi tan-

tum nomen datum, nisi consummata, & absoluta redemptione; ante verò in circumcissione, & in tota vita. concessum est nomen tanquam anticipatus honor respectivè ad meritum crucis; at verò meritum illius exitit per meritum mortis & crucis, tam excellens, & magnificum est hoc nomen, ut non esset ordinatum à Patre illud filio suo dare, nisi pro consummata & absoluta redemptione. Cassiod. lib. 8. Epistol 10 loquens ad sacratissimum puerum Jesum; ait: Sumpsisti nomen ex meritis, custodi (seu custodisti) us semper lateris veritate vocabuli. Hoc sublime, ac altissimum nomen, Jesus, datum est Christo ex eius merito infinito, quod ex Divino pacto constitutum est in Christi morte: præmium quod datur à Deo correspondet meritis. Vide quantum sit nomen Jesus datum à Deo Patre pro infinitis meritis filii sui.

Maximè considera citata Apostoli verba: Factus est obediens usque ad mortem; mortem autem crucis, propter quod Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen; Non ait Apostolus; propter quod dedit ei potestatem judicariam, Joan. 5. n. 27. Vel quia devicta morte gloriosè triumphavit. Ad Coloss 5. n. 2. Vel quia ad gloriosam elevatus sedet à dextris Dei. Marc. 16. n. 19. Nihil horum ait Apostolus: sed propter quod Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genua flectatur. Ac si ipsum nomen Jesus, sit quid sublimius, & excellentius ipsa potestate judiciali, glorioso mortis triumpho, ac ipsa caelesti gloria beatitudinis. Huc advoco id quod ait Orig. homil. 1. in Josue Jesu nomen salutis, & totius gloriæ compendium. Loquens Isaias de Christo D. c. 62. n. 2. & 3. ait: Vocabitur tibi nomen novum: quod os Domini nominavit. Et eris corona gloria in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui: Hoc nomen novum, ut docent D. Cyrillus lib. de Fide ap Theodof. & D. Thom. ibi: est nomen Jesus impositum Christo in circumcissione; sed quo modo subditur. Erit corona gloria in manu Domini, & Diadema regni in manu Dei? Novus sanè, & inauditus est hic coronæ locus in manu, nempe corona non in manu, sed in capite ponitur. O sublimis, & alta doctrina! Ita corona debet caput adornare, ut prius sit manu comparata; si enim corona non est in manu actuali, non respundet in capite. Tertul. lib. 3. ad vers. Marc. c. 15. ait: Christi nomen non ex natura veniens, sed ex dispositione proprium ejus efficitur, à quo dispositum invenitur. Prius Isaias præmittit gloriosam nomen Jesu, deinde proponit coronam non caput, sed manum adornans, tamquam dispositionem, & meritum ad ipsam gloriam assequendam.

Ait Eccles 45. n. 14. Corona aurea super mitram ejus expressa signo sanctitatis, & gloria honoris: opus virtutis: & desideria oculorum ornata. Hæc corona, seu lamina aurea dicitur: Expressa signo sanctitatis: quia in ea erat scriptum illud sanctissimum nomen Jehova; quod ut tenent ibi Rabban Maurus, ac Galatinus lib. 2. c. 10. ac M. Didac. Celada § 341 num. 8 idem valebat, ac Salvator, quæ est nominis Jesu significatio Græca Complutensis citata verb sic transcribit: Coronam auream super mitram naculi Sancti glorificationem honoris, opera virtutis, concupiscentias oculorum, ornamenta pulchra. Ubi nomen Jesus, seu Salvatoris sonat; est hanc sanctissimum

suum nomen: Opera virtutis: id est, summam Dei potentiam, autoritatem demonstrans concupiscentias, & desideria oculorum, in quem desiderant Angeli prospicere; & inde per magnam exaggerationem dicitur: Concupiscentia oculorum: ac si in ipsa caelesti beatitudine magno affectu, ac concupiscentia desiderant videre inscriptum in frontibus eorum Sanctissimum nomen, Jesum: Ornamenta pulchra: Sic ait Rabbanus in citata Eccles. verba: Corona aurea super mitram, in qua expressum erat signum castitatis (seu sanctitatis) hoc est nomen omnipotentis Dei, honorificentiam significat divina maiestatis, quam in arce status nostri; & super omnia statuere debemus. Itaque in omnibus actibus nostris honorificetur Deus per Jesum Christum Dominum nostrum, qui est caput Ecclesie, & salvator omnium. Ipsum nomen Dei, seu Jesus, honorificentiam significat divina maiestatis: Cum Deo omnis supremus honor sit debitus; nihil nobis magis exprimit, ac significat supremam maiestatem Deo debitam, quam ipsum Sacro sanctum nomen, JESUS.

Nomen Jesus honorificentiam Divina maiestatis declarat.

Rabban.

QUÆSTIO VIII.

Quare dum sanctissimo puero imponitur nomen JESUS, dicitur: Sicut vocatum est ab Angelo priusquam in utero conciperetur.

40. Textus. A It noster Evangelista in presenti num. 21. Vocatum est nomen ejus Jesus, priusquam in utero conciperetur. Alluditur ad id quod ipse Angelus dixerat Mariæ Virgini, Luc 1. n. 31. Vocabis nomen ejus Jesus: Sed ad quid hæc dati præcepti commemoratio? An de Mariæ Virgine poterat dubitare, quod esset impletura præceptum? Absit: sed ut manifestaretur, quod tale, ac tantum nomen, nec à Virgine Maria, nec ab aliqua creatura fuisset impositum: sed solum ab Angelo ex missione Dei: Missus à Deo: fuisset dicitur, ac declaratum, quod ab æternitate à Patre erat excogitatum pro glorificando, ac honorando dilectissimo, ac unico filio suo, D. Bernard. ferm. 2. de Circumcissione ait. A natura propria habet, ut sit Salvator: innatum est ei hoc nomen, non inditum ab humana, vel angelica creatura: Et quid inde? Certo in aliis, ut in Jesu Nave, & Jesu Sidrach, ac similibus, vacuum, & sine re fuisset titulum inferimus; quod bene vidit D. Bernard. ferm. 1. de Circumcissione cap. 1. Neque enim adinstar priorum meus iste Jesus nomen vacuum, aut inane poriat: non est in eo magni nominis umbra, sed veritas: calius siquidem inditum nomen Evangelista testatur: At in Jesu plenum, ac eum effectu salutis.
41. Misit igitur Josue filius Nun. de Setim duos viros exploratores in abscondito, & dixit eis: Ite, conspicate terram, urbemque Jericho: Qui per vias ingressi sunt domum mulieris meretricis, nomine Rahab, & quieverunt apud eam Josue 2. n. 1. Ecce isti exploratores ingressi sunt domum meretricis, mulieris malæ notæ, & ex sua conditione parum fidæ; tamen apud Sylveira in Evang. Tom. VI.

eam multam pietatem inveniunt; eos non solum recipit, & cibis, sed etiam custodit, & abscondit contra Regis Jericho, mandatum. Undè hominibus alienigenis, ac ignotis tanta benevolentia inventa est, apud extraneam mulierem malæ & turpis vitæ: Ibant illi sub tutela, ac umbra nominis Jesu: Misit Josue filius Nun: & ubi tanti nominis radii effulgebant, lux salutis in abscondito custodivit, & tuta, ac salutaris omnia sunt inventa, non solum ipsis exploratoribus, sed etiam tali mulieri ut in totali subversione Jericho, ipsa cum tota familia sua tuta, ac integra maneret. D. Chryostom. ferm. in peccatricem, qui habetur inter D. Ephtem opera tom. 3. ait. Nihil d mihi desperandum est. Novi Rahab meretricem in porta civitatis misericordiam sui peccati obtinuisse, qui enim servavit illam Jesus filius Nave, figuram veri Jesus referebat, bona meretricis pro opere bono donans, & retribuens; sicut tunc nomen Jesus, salutem & remissionem retribuit.

Ait Apostolus Paulus 1. Corinth. 15. n. 10. Gratia Dei sum, id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboravi, Sed unde Paulo tanta gratiæ plenitudo data est, ut dicat Chryostomus: si omnia membra verterentur in linguas illum laudare non sufficerent; & in tantum evectus, ut raptus ad tertium cælum audiret arcanæ Dei, quæ non licet homini loqui. Unde ergo tantis mirabilibus sublimatus? De eo ait Deus Actor 9. n. 15. Vas electionis est mihi iste, ut poriet nomen meum, &c. Si Deus eum vocat vas cur non explicat, an vacuum vel plenum sit? cum eum dicit vas, ut poriet nomen JESUS, ibi eum dicit plenum omni gratia, iustitia, sanctitate, ac omni bono. Jesus nomen omnia replet; vacantem nescit. D. Thomas ad citatum Corinth. locum: Hoc autem vas, ait, plenum fuit pretioso liquore, scilicet, nomine Christi, de quo dicit cantic. 1. Oleum effusum nomen tuum. Unde dicitur ut poriet nomen meum. Totus enim videtur hoc nomine plenus.

Redeat iterum ille canticorum locus 1. n. 2. Oleum effusum nomen tuum: quod de sanctissimo Jesu nomine frequenter interpretantur Auctores; sed quam combinatio inter nomen Jesus, & oleum effusum? præclare D. Ambros. lib. 1. Hexamer. c. 9. ait. Si quis inter aquas merfus oleum ex ore emisserit; clariora facit ea, quæ profundi tegebantur oculis. Qui sub aquis emerfus oleum ex ore emittit, faciet ut videatur, quæ sub alto palago in profundo tegebantur. Ita si quis merfus sub aquis tribulatonam, ac laborum, sanctam nomen Jesu ex ore proferat, omnia facit clara, & visibilia, ab omni oppreessione, ac malo ingruenti sit expeditus, liber, ac securus.

Dicitur Proverbior 18. n. 10. Turris fortissima nomen Domini, ad ipsum currit iustus, & exaltabitur. Aquila Theod. Turris potentia: Syrus: Turris est munita, nomen Domini: Septuaginta: Ex magnificentia fortitudinis, nomen Domini. Alii apud Bibliam Magn. Turris ob fortissima nomen Domini: Tigurina; Turris extra telorum iactum nomen Domini. Et quam est hæc Turris fortissima, munita, ac tantæ potentia ut sit extra telorum iactum? Est nomen Domini, scil. Jesus, ut explicant Cornel. & alj Interpretes, hoc est de quo dicitur Act. 10. n. 15. Interpres, hoc est de quo dicitur Act. 10. n. 15. Hh 3 Nec

Cassian.

35.

D. Zeno.

Qui sui nominis obligationes, ac leges non adimplet phantasma reputatur. Marc. 15.

Victor Antioch.

36. Textus.

Philipp. 2.

Jesu nomen infinita dignitatis meritorium præmium.

Cassiod.

37. Philip 2.

Joan. 5.

Coloss. 2.

Ma. c. 16.

inter Christi magnalia valde sublimè Jesus nomen.

Origene. 1.

38.

D. Cyril.

D. Thom.

Nomen Jesus non tantum capite, sed manu habetur.

Tertul.

39. Eccles. 45.

Rabban.

Celada.

Josue 2. Sub nomine Jesu omnia sunt auferentia.

Chrif.

42.

1 Cor. 15.

Actor 9.

Ubi nomen Jesus fulget, universa replentur omni bono.

D. Thomas

43. Cantic. 1.

D. Ambros

Nomen Jesu, illuminat ad eversionem omne periculum.

44. Prov. 17.

Aquila

Theodore

Syrus

Septuaginta.

Tigurina

Actor 10.



Nec enim aliud nomen est sub celo, in quo nos oportet salvos fieri: Hoc sanctissimum nomen, est turris fortissima, ac valde munita potentia, ac magnificentia, ac omni fortitudine Divina, quae ad se confugientes defendit ab omni incurfu, ac telis inimicorum, ac eorum insidiis.

Beda. Nomen Iesu turris fortissima ad suos tendos.

Purificatio Virginis Mariae.

QUAESTIO X.

Quare in circumcissione Christi nulla fit mentio legis; maxime vero nunc in ejus praesentatione, ac Purificatione Mariae Virginis.

IN hoc secundo capite noster sacer Evangelista scribit Christi D. circumcissionem, ac ejus praesentationem in tempore cum purificatione Sanctissimae ejus Matris etiam in templo, de quibus late dixi, tom. 1. lib. 1. cap. 50 per 24. quaestiones. Et in his praeclearissimis actionibus id maxime considerandum, quod dum de circumcissione agitur, nulla fit mentio legis; sic habet Sacer Textus: Postquam consummati sunt dies octo, ut circumcideretur puer: At dum de purificatione Virginis Mariae, ac praesentatione Sanctissimi Pueri agitur, per tres vices de lege fit mentio: Postquam impleti sunt dies purificationis Mariae secundum legem Moysi: Iterum, quod Maria, & Ioseph tulerunt puerum Iesum in Ierusalem, ut offerrent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini: Tertio dum de oblatione agitur: Per turturum, aut duos pullos columbarum: ut dictum est in lege Domini: Circumcisio, ac praesentatio praescripta erat in lege; quare ergo in Circumcissione de lege nulla fit commemoratio; maxime vero in praesentatione pueri, ac purificatione matris, & hic tot repetitis vicibus nominabitur lex?

Luc. 2.

Difficultas quaestiois.

46. Respondeo, quod si rem bene consideres, invenies diversa esse motiva in praecipienda circumcissione, ac praesentatione: Nam circumcisio fuit instituta a Deo in satisfactionem delectationis, ac concupiscentiae carnalis, ad delendum ipsum peccatum, ut cum D. Thoma 3. p. q. 62. art. 6. ad 3. & q. 70. art. 4. docent. Caietan. Soto. Ledesma, Suar. tom 3. ad 3. p. disp. 10. sect. 1 §. Dico 2. At vero praesentatio praerogata est a Deo, in signum magnae gratitudinis, ac gratiarum actionem, quia Deus filios Israel

D. Thom. Caietan. Soto. Ledesma xod 13. E

eduxit de captivitate Aegyptiaca, ac liberavit a Pharaonis iugo, intericiens omne Aegyptiorum primogenitum, sic dicitur Exod. 13. n. 15. Cum nollet Pharaos nos dimittere, occidit Dominus omne primogenitum in terra Aegypti: idcirco immolo Domino omne, quod aperit vulvum masculini sexus, & omnia primogenita filiorum matrum redimo: Cum ergo circumcisio esset instituta in remedium peccati, & Christus circumcidatur, nulla de tali lege fit commemoratio; quia summa puritas Christi aliena erat ab omni umbra peccati: at vero pueri praesentatio, ejusque redemptio ordinata est in gratificationem, ac gratiarum actionem ob libertatem quam Deus piissime suo populo concessit: Inde in praesentatione pueri Iesu multipliciter reperitur talis legis, quia ille ut supremum caput totius generis humani referebat gratias suo aeterno Parenti, pro ingenti beneficio hominum salutis, ac libertatis a captivitate daemonum, dum ipsum misit in mundum, ut eorum Salvatorem, ac Redemptorem; lex, quae involvit peccatum Christo destruitur, quae vero gratificationem dicit ab eo admittitur, qui ut nostrum caput semper pro nobis gratias patri persolvebat.

Exod 13.

Christus ut caput generis humani pro nobis gratias referebat Patri.

Transacto diluvio, egrediens Noe de Arca ascendit altare Domino, & tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis obtulit holocausta super altare: Genes. 8. n. 20. In quo holocausto magna, & ampla erat animalium, multitudo; cur ergo solus Noe tantam victimarum copiam obtulit, nonne etiam ipse habebat filios Sem, & Iaphet, & juxta sententiam D. Hieronimi & Rabbani Sem erat Melchisedech; si ergo habebat unum filium qui summo Sacerdotio fungebatur, in sacrificio tam amplo, in quo tot, & tantae, ac tam variae animalium species includebantur, cur non assumitur ipse in socium, ac coadjutorem Rupertus lib. 4. cap. 27. ait: Holocausta; quae Rupert. obtulit Noe Domino gratiarum actiones fuerunt, sua praesentia beneficiorum memoriam consistentes, ut dignum erat, & quia non solum hominem, sed propter hominem, juniorum quoque & cunctorum animalium reliquias servaverat, &c. Sem qui Melchisedech habetur, summus Sacerdos offerat sacrificia in templo pro peccatis, ac in recognitionem Divinae, ac supremae majestatis, at in gratificationem pro beneficiis factis humano generi quod Deus ipsum servaverit, ac custodierit a diluvio, hoc videtur pertinere ad caput, ac principem totius generis humani, ut erat Noe, ipse praer omnibus sacrificium Deo consecrat.

47.

Gen. 8.

D. Hieron. Rabbani.

Princeps, ac caput pro suis debet dare gratias Deo.

QUAESTIO X.

Quare exeresis dicitur, quod secundum legem Moysi, tulerunt puerum Iesum in Ierusalem?

At Sacer Text. Postquam impleti sunt dies purificationis Mariae secundum legem Moysi, tulerunt puerum Iesum in Ierusalem, ut offerrent eum Domino, Ecce Sanctissima Deo Matre expiatur communi more, & sancte re...

48.

QUAESTIO XI.

Quare pro puero Iesu offertur pauperum oblatio, par turturum, aut duo pulli columbarum?

puer Deus presenti munusculo: quamvis immunis a legum nexu, id tamen adimplent, ne legem violasse videantur; bonae mentis laus est, ut caveant viri magni, ac pie religiosi levem peccati famam. Sic D. Hieronymus admonet Epistola 2. ad Nepotianum. Cave quid quid probabili er de te fingi potest. Hoc maxime caveat Christus, in unguenti profusione, quod a Magdalena pie factum calumniatur Judas; Vt quid perditio hac? Matth. 16. n. 9. Joan. 12. n. 4. Suspiciatur malignus proditor Magistram deliciarum amantem esse, inde cavillandi occasio desumpta est: sed statim occurrit Christus ad sepeliendum me fecit ibidem n. 22. falsam calumniam refutans cogitans, ac differens de morte sua, ad quam totum illud opus dirigebatur Rupertus lib. 10. in Matth. Falsum locutus est, frustra calumniatus est: quoniam illi, qui unguentum admisit, non erat ibi delectatio profusionis, sed mediatio vicina mortis quod novum esse voluit: dicens ad sepeliendum me fecit.

Vir magnus de bona fama & opinione agit. D. Hieron.

Matth. 25. Ioan.

49. Secundum legem Moysi: Lex erat lata pro quolibet puro homine, veluti puro peccato originali, ut Deo offerretur, ac redimeretur oblationibus turturum, aut columbarum, sed princeps legum Deus tali lege non tenebatur, cum non esset purus homo, sed verus Deus, ac homo super omnem legem, at omnino purissimus, at immunis ab omni macula, ac defectu, proindeque lege erat Superior, minimeque ad illam tenebatur; & tamen scribitur: Secundum legem Moysi tulerunt puerum Iesum in Ierusalem: Moraliter dico: Lex jam in proximo tuitura erat, cum ipsa extra suos limites, ac Iphazam voluit transire, & ad filium Dei, qui erat super omnem legem, manum extendere; jam exinde ejus intentus inaugurabatur maxime res perdurat, dum inter suos ambitus coarctatur; at vero si extra illos evagatur, in ruinam, & mortem incidit: ait Deus per Oseam 14. num. 14. Ero mors tua, o mors, morsus tuus ero, inferne. Introducit Christus D. loquens ad mortem, ut exponunt D. Hieronymus, Haymo, Hugo, Rupertus, Lyranus, Varabl. Arias, cum D. Augustin. sermon. 157. & cur Christus loquens ad mortem, ait, illi, quod erit illius mors? Vide, mors introducta est ad delendos, ac perdendos homines puros, & cum ipsa extra suas metas transivit, ut in filium Dei manum mitteret, inde ipsi morti mors, & interitus obvenit. Ad hoc respicit D. Bernardus serm. 26. in Cant. & sic ait: Mortua es o mors, & perforata habeo, quem incaute glutisti, eius illa vox est in propheta: o mors ero mors tua; morsus tuus ero inferne. Expende illa verba: perforata habeo, quem incaute glutisti: cum in caute deglutite voluit, quem ad se non pertinebat, inde mors mortua est, ac interitu perempta, ac abolita. Vide multa in nostris libris verb. Officium.

Si res transierit suos terminos, ac fines, deperditur, & moritur.

Oseas 14. D. Hieron. Haymo. Hugo. Rupert. Lyran. Varabl. Arias. D. August.

D. Bernard

Supremus Dominus dives in omni bonitate, ac majestate, dum fertur in Templum pro eo fit pauperum oblatio, quae erat par turturum, aut duo pulli columbarum. Ut habetur Levitic. 12. n. 8. Quod si manus mulieris non poterit offerre agnum, sumet duos turtures vel duos pullos columbarum, unum in holocaustum, alterum pro peccato. Et de hoc late egi, citato cap. 5. q. 11. 12. 13. 14. 15. & 16. Et ibi q. 15. citata explicavi verba quod muncera, aurum, thus, & myrrha a Magis oblata, non fuerint salvata a Sanctissima Virgine, sed in pauperes distributa. Pauperum dona pro Christo offeruntur in Templum, venit Christus in mundum, in summa humilitate, paupertate, & ideo nasci voluit in praesepio, proindeque pauperum statui, ac conditioni accommodatur oblata egenorum secum afferens.

50

Levit. 12.

51.

Deinde conveniens fuit talis oblatio pro evitanda aliqua suspitione, ac timore populi, nam Christus D. & ejus Mater Sanctissima pauperissimam vitam agebant, si magnifica divitum oblata offerrent apud imperitos, & rudes homines mysteria nescientes, aliquid mali suspicarentur: ergo sapientissime talis suspicio, etsi forte esset levis, fuit omnino evitanda, Vxor Sancti viri Tobiae senis accipiens haec dum tulit in domum suam: Cujus cum vocem balantis vir ejus audisset, dixit: ne forte furivus sit, reddite eum dominis suis, quia non licet nobis aut edere ex furto aliquid aut contingere. Tobiae 2. n. 21. Ex quo non levis quaestiuicula suboritur; an Tobias aliquid sinistrae de uxore suspicatus esset, & pro Tobias excusando maxime pugnant Lyran. Salian. anno 332. n. 5. Serarius q. 8. Nec enim potest praesumi, sanctum Senem leviter in talem suspitionem incidisse; unde ergo talis cogitatio ei in mentem subdit; ex magno sane fundamento, ipse optime sciebat se non habere nec greges, nec oves, nec capreas, & sciebat in domo sua haedum, cujus vocem audiebat, inde optime conjecturabat, ne forte furivus esset; nam ut vulgari proverbio dicitur: Qui non habet capreas, & haedos vendit; unde illi obveniunt.

Tob. 2.

Lyran. Salian. Serar.

Furti dno suspitionem, cui retinet haedos sine grege caprearum.

Introducitur Zacharias Propheta cap. 4. n. 2. & 3. Angelum sibi loquentem, qui dixit ad eum. Quid tu vides? & dixi: vidi, & ecce candilabrum aureum totum, & lampas ejus super caput ipsius, & septem lucerna ejus super illud: & septem infusoria lucernis, quae erant super caput ejus. Et dua oliva super illud: una a dextris lampadis, & una a sinistris ejus: Quae cum vidisset Propheta & illius intelligentiam non calleret, nec perciperet, ait ad Angelum, qui loquebatur cum eo: Quid sum hac, Domine mi? Respondit Angelus: Nunquid nescis, quod haec sunt? Quod Angelus fatur, ut notant Ribeira, Cornelius, & alii interpretes ibi, quod rem claram & satis perspicuam non capiat, &

52

Zachar. 4.

Ribeira. Cornel.